



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Excusatio Nemini aduersus Nullum Lipsensem

Ferrarius, Johannes

[Leipzig], [1519]

VD16 E 883

Nvllvs Nemini Fratri Svo. S.D.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-32645**

NVLLVS NEMINI FRATRI SVO.  
S.D.

**M** Iraris forsitan mi frater Nemo / cur ego Nullus res  
sponse quasi in occursum iuerim. & te totū in fer  
mento / vt dicit / iacentem mitigare voluerim. Si rem  
ipsam estimas / sat scio / nihil mihi animo tuo oboriri  
pōt. Num tu pateris Gymnasij tui icolas tā naso suspēdi & vix  
homines putari. Esto q̄ tui nostratibus eruditione precurrere vi  
deantur. Num igitur putas nostrates / sine nomine turbā esse Pa  
thican & ignobilem Christiani omnes sumus, Christiani velim  
pectus omnes indueremus. Canina velim abesset facundia, que  
nescio quo pacto bellum ex bello / litem ex lite ferere solet. Et q̄s  
quæso discordiarum finis erit, dum semper Par pari retaliare per  
gimus. At inquis? Cur Lipsenses tui omnium discordiarū cas  
pita & authores prodeunt. Cur Rubeum illum *αχθον απορρητο*  
vt Homerus ait / in nos veluti Ateñ quendam immittitis, quæ  
nescio quot turbas, & discordiarum certamina excitare solet.  
Quis autem quæso mi frater stulticia stulticori obuiam ire pōt?  
Cur non / inquis / Sophiste eum proscribunt? cur non eum ad  
Cynofarges / vt dicitur / relegant. Nescis mi frater Nulle Rubi  
um alicunde q̄ a Sophistis inlanie sue incrementum accipere, qd̄  
tamē vt vt nullus sum aperta / vt dicitur / fronte in vulgus sparge  
re non audeo / ne ea temere effutiam / quæ nec Mom<sup>9</sup> quidē im  
pune proloquutur<sup>9</sup> sit. Immerito plane / immerito tota causa in  
Sophistas incidit. Falluntur opinione, quicunq; animū inducūt  
Sophistarum impulsu Rubeum furere. At quid contra solem lo  
qui pergo. Ego Nullus quoad me pertinet / diluere conabor.  
Vtar autem mi Nemo ea modestia qua aduersum me vsus es,  
ne fratrum fedus, immisso verborū grandine / disturbare vide  
ar. Non possum enim non in ore habere iram fratrum tardissē  
me senescere. Bene vale.